



**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,
ex Eusebio Cæsariensi ...**

Eusebius <Caesariensis>

Haer. Chr. Egen., 1571

VD16 E 4284

58. Evsebivs De Martyribus Nicomediensibus sub Diocletiano, quorum alij
obtruncati sunt gladio, alij conflagrati. Cap. 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

Ausus hic est facinus fidei committere rarum,
 Non metuens mortem suppliciumq³ graue.
 Affixit tabulas decreti sanguine tinctas,
 Christicolas contra Cæsar in vrbe ferox.
 Aspicit has animi fidens ad vtrunq³ paratus,
 Viuere, vel sanctam sustinuisse necem.
 Detrahit accensus zelo, fideiq³ calore,
 Decreti tabulas, vir pietate valens.
 Projicit in terram, pedibus manibusq³ reuellens,
 Vulnera non metuens dira subire necis.
 Cæsaris hoc clarum facinus citò fertur ad aures,
 Ut facile ad tales hæ patuèrt sonos.
 Namq³ fuit populo coram spectante peracta,
 Non igitur potuit res latuisse diu.
 Qui capiant, Cæsar lictores mittit in urbem,
 Tantum ausum facinus pro pietate, virum.
 Adducunt captum, coram statuuntq³ tyranno
 Crudeli, miseris excruciantq³ modis.
 Sed fidei tantum est robur, flagra inter & ignes,
 Tormenti vt latus perferat omne genus.
 Robur vbi tantum fidei vidère ministri,
 Occupat horrendus pectora seuatremor.

58. EVSEBIUS DE MARTYRI-
 bus Nicomediensibus sub Diocletia-
 no, quorum alij obtruncati sunt
 gladio, alij conflagrati.

Cap. 6.

E 4

IN illis (martyribus) per diuinam gratiam
maior fidei, quàm ignis ardor fuit.

*Martyribus multò maior fidei ardor in ipsis,
Quàm flammæ vrentis corpora sancta fuit.
Hæc de martyribus, quos Nicomedia vidit,
Eusebius sancto protulit ore pios.*

59. DE MARTYRIBVS, QUI-
bus apud Tyrum eiectis, cùm bestia etiam
conciatę nocere noluerint, ho-
mines eos impij & crudeles mise-
rè excruciant & interfici-
unt, cap. 7.

Bestiarum feritas, Dei virtute mansue-
scit, humana verò rabies, nec ferarum
mitescit exemplis.

*Mansuescit feritas Domini virtute ferarum.
Martyribus possint ne nocuisse p̄ys.
Ast hominum rabies non his furiosa ferarum
Leniri exemplis, cordaq; dura queunt.
Hæc de martyribus Tyria testatus in vrbe est
Eusebius, quorum millia multa refert.*

60. DE PHILEA EPISCOPO IN
Thumi oppido, & Philoromo milite
vnà capitis pœna damnatis &
interfectis, cap. 10.

Clarus